

fima re a se haberi monstravit, ut vel Primam Constitutionum, quod nomen legibus suis dedit, partem huic rei dicaret, et quae tunc temporis imperfecta et incerta fuisse testantur tum istorum temporum historia p) tum Consultationes, quas dicunt, Constitutionum Saxonicarum ea omnia in processu tam civili quam criminali et clientelari seu feudali absolvit et supplevit q). Ita quidem non continuam iudiciorum civilium seriem praemonstravit legislator summus, sed processus praecipuas partes accurate descripsit, libellum puta, modum in iudicio ius proponendi, exceptiones, quarandam, satisfactionem, reconventionem, litis contestationem, juramentorum praestationem, probationem cum reprobatione et utriusque temporibus, remedia suspensiva et devolutiva, sententiarum publicationem, et

---

p) Conditionem rei iudiciariae, quae tunc temporis fuit, diligentissime et uti decet artis peritum descripsit MELCHIOR AB OSSA in Testamento, Cap. XIV. von den Justitien. Cap. XV. Wodurch die Justitia dieser Lande in Fall kommt, Cap. X. v. 1. Von Advocaten, p. 453. seqq. Edit. THOMAS.

q) Constitt. Pars Prima. Judicialia Germ. Ordnungen, den Rechts-Process und was den Gerichten mehr anhängig ist, belangend. p. 7—27. Edit. HAUBOLD.